



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXXXIII. Herzog Ludwig der Römer versöhnt sich in seinem und seines  
ältern Bruders Namen mit dem Kloster Chorin wegen des falschen  
Waldemar, am 16. Juli 1349.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

rabiles et religiosos viros abbatem et Conuentum monasterii Choryn parte ex vna et Nos parte ex altera fuerat fuscitata, in villa Goltz sita, Resignauimus et presentibus resignamus ecclesie memorate libere et pacifice in perpetuum possidenda, Renunciantes omni actioni, questioni et inpetitioni, que nobis et heredibus nostris in dictis bonis competebant seu competere videbantur. In Cuius Certitudinem et euidens Testimonium presentia eis dedimus, nostri Nycolai sigillo roborata. Actum et datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLVIII<sup>o</sup>., In die dominica sancte et indiuidue Trinitatis. Testes huius sunt honorabilis vir dominus Thidericus prepositus in Czellyn, Hennyngus de Blankenborch, Hermannus wythhe, Hennyngus Malchow et Otto Morner, famuli, cum pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Originale des K. Geh. Staatsarchives.

**LXXXIII.** Herzog Ludwig der Römer versöhnt sich in seinem und seines ältern Bruders Namen mit dem Kloster Chorin wegen des falschen Waldemar, am 16. Juli 1349.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludouicus, dei gratia Dux Bauarie et Comes Palatinus, dictus Romanus, vice et nomine illustris principis Ludouici, Marchionis Brandenburgensis, fratris nostri karissimi, nostrique ipsius ad religiosos viros Abbatem et Conuentum monasterii Koryn per generosos placitorum tractatus suimus reclinati et cum eisdem micis concordati, Taliter quod omnem materiam indignationis siue ingratitude nomine cuiusdam victi Woldmari hactenus contracte ipsis dimisimus, relaxauimus et presentibus penitus relaxamus. Recolligentes et refuentes predictos Abbatem et Conuentum ante dicti monasterii cum omnibus et singulis ipsorum personis, hominibus, rebus et bonis suis quibuscunque et qualitercunque nominatis siue nuncupatis in nostram specialem gratiam defensionem et tutelam. Volentes quoque quod omnia et singula bona ipsis siue monasterio predicto probabiliter pertinentia, occasione antedictae dissensionis ab ipsis distracta vel violenter occupata, per quoscunque id factum fuerit, ad dictum monasterium contradictione qualibet quiescente libere reuertantur. Mandando insuper firmiter et districte omnibus et singulis nostris capitaniis, aduocatis et officiais omnibusque amore predicti fratris nostri et nostri quicquam facere volentibus seu dimittere, quatenus predictos fratres ut premittitur in nullis grauaminibus inquietare audeant vel permittant sed potius promoueant efficaciter gratie nostre sub obtentu. In cuius testimonium et efficaciam firmiorem sigillo fratris nostri prescripti appenso nostrum duximus appendendum. Testes vero huius sunt, nobilis vir Fridhelmus de Kotebuz, strenuique viri Johannes Lyntzendorfer, curie nostre magister, Betekinus de Ost, Valko de Lyeznitz, Marquardus Loterbeck et Henningus de Wedel, milites, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Koryn, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, feria quinta in crastino diuisionis apostolorum beatorum.

Aus dem nach dem Originale des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gercken Cod. II, 486. Im Datum steht bei Gercken feria quarta.